



**Ivsti Baronii Veteracastrensis SS. Th. Et I. V. D.  
III[ustrissi]mo Arch[iepisco]po Moguntino à Consilijs.  
Epistolarvm Sacrarvm Ad Pontificem Max. Et Amplissimos  
Cardinales &c. Libri VI**

**Baronius, Justus**

**Mogvntiae, 1605**

Epistola XII. Ivstvs Baronivs Veteracastrensis Henrico Bellano Socero S.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70614](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70614)

*dpsa 40.4 mino, sicut mons Sion. Nam ipse d opem ferat  
o Deut. 7.15 super lectū doloris tui, &c auferet à te languores & infirmitates pessimas. Ego verò quamuis satis notum esse existimem, qua benevolentia te tuaque negotia sim prosequutus, cupio intelligas nihil mihi tam graue vñquam posse euenire, quod me ab hoc meo animo valeat auocare. Rómæ. Pridie Id. Quint. M. DCI.*

## EPISTOLA XII.

IVSTVS BARONIVS VETER.  
racastrensis

HENRICO BELLANO  
*Socero S.*

ET si probè scio, *Humaniss<sup>e</sup> D. Socer,*  
non iucundissimum me tibi aut familię  
parentibusue nuncium allaturum, qui o-  
mnes pariter à CATHOLICA fide, quam ex  
hīscē meis me palam amplexum intellige-  
tis, toto quasi cœlo & plusquam *Vatinianos*  
 *odio dissidentis:* attamen quia ipsi testes e-  
stis, pluris faciendum Iustissimi Dei amo-  
rem, conscientiæ tranquillitatem, & com-  
munem omnium nostrum salutem, quam  
fluxam aliquam, lubricam & perniciosaam  
in erroribus sectandis concordiam, Iusta  
me ratione impulsum putaui, ut non solum  
securus famæ manifestissimæ Dei veritati,  
et quæ

à quā longè aberrassem, manus darem, sed  
 vobis etiam ceterisque de mea absentia so-  
 licitis totius consilij rationem prescribe-  
 rem, locumque familiæ, quo sese ad me o-  
 cyus reciperet, designarem. Nam ad VI. Ca-  
 lend. Maij.<sup>a</sup> S. Augustini Exemplo feriarum  
 Scholasticarū opportunitate solutus, rhe-  
 da (vt scis) publica Spiram deuictus, Ca-  
 tholicas interea Ecclesias obiui, meq; cum  
 ijs societate & fœdere astrinxī, qui Nouita-  
 tatum hostes priscę Romanę fidei normam  
 sancte religioseque tuentur. Proximè Au-  
 gusti redux, Moguntiam appuli, cumq; lo-  
 cum sedi figendæ opportunissimum fore  
 sperauī, quod & propius à vobis absit, & fa-  
 ciliorem familiæ transportandæ rationem  
 ostendar. Hanc igitur cum suppellectilibus  
 vt bona magistratus venia continuò ad me  
 mittatis, oro. Sin renuat, instabitis, ac me de  
 remora laxanda tempestiuè facietis certio-  
 rem. Vestrū in rē totam animum nihil mo-  
 ror neque miror. Doleo tamen esse intem-  
 perantorem. Laudem merentur & præmi-  
 um apud cœleste numen, qui egressi Baby-  
 lonem vestram publicè Ecclesiæ Dei agglu-  
 tinantur, diuturnæque rebellionis pœnas  
 à semetip̄sis deposita. Certè quām necel-  
 faria sit omnibus ad salutem aspirantibus  
 veræ Ecclesiæ communicatio, præter no-  
 stros, Augustinum, Cyprianum, Hierony-  
 mum,

a Lib. 9. con-  
 fess. cap. 2.  
 Vide proks-  
me ante, E.  
 p. 8.

mum, ipse CALVINVS vester docere te potest, cuius in INSTITUTIONE male sana hæc

<sup>b</sup> Calv. lib. sanissima verba extant. <sup>b</sup> Incipiam inquit, ab  
4. m. st. ca. 1. <sup>g. 1.</sup>

Ecclesia: in cuius sinum aggregari vult Deus filios suos, non modo ut eius opera & ministerio alantur, quādū infantes sunt ac pueri, sed cura etiam materna regantur, donec adolescent, ac tandem perueniant ad fidei meam. Hacce-

\* Marc. 10. nim \* quæ Deus coniunxit separari fas non est,  
<sup>g.</sup>

ut quibus ipse est pater, Ecclesia etiam mater su: neq<sup>z</sup> id sub Legem modo, sed etiam post Christi

<sup>c</sup> Gal 4. 26 aduentum, teste Paulo, qui<sup>c</sup> nouæ & cœlestis Hierosolymæ nos esse filios docet. & Paulo post.

<sup>d</sup> Ibid. § 3. <sup>d</sup> Tantum potest Ecclesia participatio, ut nos

<sup>e</sup> Ibid. § 4. in Dei Societate contineat. Atq<sup>z</sup> iterum, <sup>e</sup> Quia nunc de visibili Ecclesia differere propositum est, discamus vel uno matris elogio, quam utilis sit nobis eius cognitio, imo nec<sup>f</sup> saria: quando non aliis est in vitam ingressus, nisi nos ipsa concipiatur in utero, nisi pariat, nisi nos alat suis uberibus, deniq<sup>z</sup> sub custodia & gubernatione

<sup>f</sup> Matth. 22. sua nos tueatur, donec exuti carne mortali, <sup>f</sup> si-  
30. miles erimus Angelis. Neq<sup>z</sup>, enim patitur nostra infirmitas, à schola nos dimitti, donec toto vita

cursu discipulifuerimus. Adde quod extra eius gremium nulla est speranda peccato-  
rum remissio, nec vlla salus, teste <sup>g</sup> Iesaja &

<sup>h</sup> Iocel. 2. 32. <sup>h</sup> Iocel. Quibus subscribit <sup>i</sup> Ezechiel, quem de-  
nunciat in Catalogo populi Dei non fore, quos

a cœlesti vita abdicat. Sicut ex opposito dicun-  
tur

tur nomine suū inscribere inter ciues Hiero-  
solumæ, q̄ se ad vera pietatis cultū convertunt.

Quaratione & alio<sup>k</sup> Psalmo dicitur, Me- k Ps. 106. 4.  
mento mei Iehoua in beneplacito populi tui:  
visitame in salute tua, ut videam beneficen-  
tiam electorum tuorum, læter in lætitia genitie  
tua, gaudemus cum hereditate tua. Q̄ibus  
verbis paternus Dei fauore & peculiare spiritu-  
alis vitæ testimonium ad gregem eius restringi-  
tur, ut semper exitialis sit ab Ecclesia discessio.  
Ab hac Caluini Theologia profectò parum  
Caluiniana vide quām prope Catechetæ  
vestri VRSINVS & PAREVS absint. <sup>1</sup>Hec do. l In prologo.  
Etrina inquiunt est prima & præcipua nota <sup>Cateches.</sup>  
veræ Ecclesie, quam Deus in mundo vult esse <sup>general.</sup>  
conspicuam, & separari à reliquo genere hu- <sup>quaest. 1. p. 2.</sup>  
mano, iuxta dicta: <sup>m</sup>Fugite Idola. <sup>n</sup>Exite è <sup>Item p. 400.</sup>  
medio eorum, & separamini. <sup>o</sup>Si quis venit ad Eccles.  
vos, & hanc doctrinam non ad fert, ei nec aue <sup>m 1. Ioan. 5.</sup>  
dicite. <sup>p</sup>Sancti estote, immundum ne tangito- <sup>2. Cor. 6.</sup>  
re, qui fertis vas a Domini. <sup>q</sup>Exite ex ea popule <sup>17.</sup>  
mi, ne explagis eius accipiatis. <sup>r</sup>Vult autem <sup>o 2. Ioh 10.</sup>  
hanc separationem Deus fieri: Primo, propter p Ioh. 5. 2. 11.  
suā gloriam. <sup>s</sup>Vt n. non vult ipse commisceri <sup>q Apoc. 18. 4.</sup>  
cū idolis & diabolis: ita etiam vult suā verita-  
tem discerni à mendacis, & suos domesticos ab  
hostibus Ecclesie, hoc est, filiis diaboli segregari.  
Contumeliosum est Deo, cogitare, quod velit  
tales filios habere, qui cum persequantur. Bla-  
ffhernum est, Deum facere autorem doctrinæ

G 3 impia,

*¶ 3. Cor. 6.  
14.*

impiæ, & patronum blasphemorum. <sup>¶</sup> Quæ enim concordia Christo cum Belial? Deinde propter consolationem & salutem electorum.

Necessè est enim Ecclesiā in hoc mundo confici, ut sciant electi dispersi in toto genere humano, cui cœtu se debeat adiungere in hac vita, & ad Ecclesiam aggregati, hac certa consolatore fruantur, se esse in eo cœtu qui Deo placet, & qui habet promissiones vitæ æternæ. Vult enim Deus omnes salvandos aggregari Ecclesiæ in hac vita, quia extra Ecclesiam non est salus. Hæc illi.

Iam quod vera illa & germana Christianorum mater, vera & orthodoxa Apostolica Ecclesia, sit vna hæc Romana, Pontificum & Episcoporum moderamini subdita, & conscientiæ meæ probatissimum est, & facilè si animum adiicias, aduersus Lutheri & Calvini Synagogulas demonstratu. Quod dum ego in usum vestrum molior, cogitate quæslo, quæm firmæ & claræ sint Dei de sposa sua promissiones, cogitate quæm necessaria sit ad Christi regnum æternum, & misericordiæ plebeculæ, quæ ex orientibus hæresibꝫ nullo se meliori quæm Ecclesiæ fulcro sustentare potest, salutem perpetua Ecclesiæ stabilitas. Cogitate quam sit certa & euidentis illa ratiocinatio: Nullam aliam sinceram esse fidem posse, quam quæ ab Apostolis profecta per continuam omnium Patru

&amp;

& seculorum successionem ad nos vsque  
propagata sit. Nisi enim Apostolos truncos  
aut stipites efficere velimus, necesse est sal-  
tem primituam ab ipsis Ecclesiam recte fi-  
deliterq; institutam fateamur: & quia <sup>s. ve-</sup>  
<sup>Luther. do-</sup>  
<sup>stri primis sexcentis annis Ecclesiam virginem</sup>  
<sup>Capt. Bab-y</sup>  
<sup>lon.</sup>  
perstittiſſe agnoscunt, necesse est illorum sex <sup>Item in Sup-</sup>  
seculorum scriptoribus puræ incorruptæ-  
que veritatis autoritatem concedamus. At  
si periculum faciamus à proximo ad proxi-  
mum, à Martiali ad Dionysium, à Dionysio  
ad Ignatium, ab Ignatio ad Clementem Ro-  
manum, à Clemente ad Iustinum, à Iustino ad <sup>Et lib. 4. 10</sup>  
<sup>S. 49. E. 6</sup>  
Irenaeum, ab Irenaeo ad Clementē Alexandri-  
num: à Clemente ad Originem, ab Origine ad  
Dionysium Alexandrinum, à Dionysio ad Ter-  
tullianum: à Tertulliano ad Cyprianum, à Cy-  
priano ad Arnobium: ab Arnobio ad Laetan-  
tium, à Lanctatio ad Hilarium, ab Hilario ad  
Athanasium, ab Athanasio ad Cyrillum, à Cy-  
rillo ad Ambrosium, ab Ambrosio ad Optatum,  
ab Optato ad Basilium, à Basilio ad Epipha-  
nium: ab Epiphanio ad Gregorium Nazianzenum tum Nyssenum: à Gregorijs ad Hie-  
ronymum: ab Hieronymo ad Chrysostomum, à  
Chrysostomo ad Augustinum, ab Augustino  
denique per intermedios ad Gregorium us-  
que Magnum: nullam in vniuersis aliam fi-  
dem, nullam aliam cæmoniam, nullam a-  
liam denique religionis micam præter vñā

G 4 Pen-

Pontificiam Romanam deprehenderus. Ut iam consequens esse ipse agnoscas, huic vni & soli veritatis palma deferenda, huic vni & soli fidē nomenque dandum, cuius cunque etiam *Catilinae* aut *Cethegi* haec tenus partes contra patriam secutus fueris. Spero dixisse me, quæ si non tollendæ, saltem mitigandæ bili vestræ sufficient. Plura si desideratis, faxo suo tempore. Nunc id vnum volui, sciretis quæ me terra haberet, quoq; iter familia ad me dirigeret. Hanc ne longiori mora suspendatis, oro. Vale, & cum domo tua meaque salute. Moguntia 6. Idus Iunij. M. DCI.

## EPISTOLA XIII.

IVSTVS BARONIVS VETER  
racastrensis

DAVIDI PARE O, ACAD. HEID.  
Professori S.

Pleniorum  
Pareana  
Epistola  
confutatio-  
nem. Vide  
Epist. proxi-  
mè sequenti  
XIV.

LITTERAS tuas optimo animo, sed maximo errore scriptas, Clariss<sup>e</sup>. PAREE, hoc ipso vespere sub cœnam accepi pariter ac legi, sed sine omni mentis de sancto proposito dimotione. Illis ut respondeam, necessitas quidem & præter conscientiam nominis & famæ ratio postulare videtur. Huiusmodi enim me maculis conspurcas, ut nisi me probè purgem, meam ipse famam flagitiosè